Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25988
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in uiam tyburtinam in pdiu matrone uidue cuiu-
ce ad quam ipse beat martyr fuerat nocte eum et
linteum dedit unde pedes sceq; ipse extersit. et ibi
facta mundicia posuerunt eum usq; ad uespum. Iam
hora uespertina sepelierunt eum in cripta in uia ty-
burtina in pdio ciriace uidue in agro ueranio.
iii. id. aug. et ieiunauerunt et agentes uigilias tb;
noctib cum multitudine xpianorum non cessabant mu-
gitus cum lacrimis dantes. Beat aut iustin optulit
sacrificium laudis et participatis omis corp et san-
guine xpi. agentes laudes dno do nro.

Incip Passio Ipolti. r soc. eius. 1.

CONGRESSVS beat ypolit post ter-
tium diem postquam sepelierat
beatum Laurentium uenit in
domum suam et dedit omib pa-
cem cum suis seruis suis et ancillis et
comunicauerunt de sacrifi-
cio Laurentii miris. Et posi-
ta misa priusq; cibum su-
merent. uenerunt mi-
lites et tenuerunt eum et pduxerunt ad decium
cesarem. Quem uidens decius cesar subridens dixit ei.
Hunqd et tu magus effectus es quia corp Lauren-
tii abstulisse dicaris. Respondit ypolitus. Ego ii.
feci non quasi magus sed quasi xpian. Quo audito
decius cesar furore arrept iussit ut lapide os eius
tunderet. Et expoliauit eum uestem qua indutus
erat xpiana et dixit ei. Sacrifica dis et acquiesce
preceptis nris et uiue et fruere milicie palma. Ypo-
litus dixit. Non me expoliasti sed magis uestisti.